

poenas, alias, prout melius expedire viderint, procedant.

Reservatio beneficiorum vacantium Sede Apostolica vacante.

68. Item, SS. D. N. provide considerans, consuevisse quandoque Romanos Pontifices predecessores suos beneficia, quae vacante Sede Apostolica vacare contigerat, dispositioni suae reservare, intendens de beneficiis huiusmodi tam Conclavitis, quam pauperibus Clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia, & singula beneficia per regulas Cancellariae Apostolicae, aut quolibet alias Apostolicas Constitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quavis causa reservari solita, quae a die obitus fel. record. Gregorii XV. predecessoris sui usque ad diem supradictam septimam Augusti vacaverunt, & de quibus per quoscumque Ordinarios Collatores tunc dispositum non fuerat, suae dispositioni reservavit, decernens irritum, &c.

Revocatio indulgentiarum sup. ervi ventie.

69. Item, quia ad importunam nonnullorum suggestionem quandoque contigit, Praedecessores suos Rom. Pontifices pro tempore existentes, sub contractorum debitorum, vel diversis aliis, praetextibus concessisse, & indulgisse beneficiatis, ut fructus suorum beneficiorum, aut partem eorum anticipatis solutionibus ad tempus elocare, vel erga creditores aut quascumque alias personas obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut alias quomodolibet de eis disponere liceret ad tempus minime restrictum ad vitam supplicantium, cum gravi successorum praedictorum, & Ecclesiarum detrimento. Ideo indemnitati Ecclesiarum, & successorum in beneficiis huiusmodi salubriter consulere volens, revocavit, cassavit, & annullavit omnia, & singula indulta, & facultates in ea parte, qua nondum vete, & realiter suum sunt sortita effectum, per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores suos hactenus ad favorem quarumcumque personarum concessas; quibus eis, vel eorum singulis ullo modo, & ex quavis causa, vel praetextu permittitur, fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, & emolumenta quaecumque quorumlibet beneficiorum per eos obtentorum anticipatis solutionibus ultra unicum annum elocare, arrendare, ad firmam, vel responsionem concedere, vel eos ad favorem quarumcumque personarum quomodolibet obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis causa disponere pro tempore ad vitam beneficiatorum, & tempus, quo beneficia huiusmodi obtulerint minime restricto, coarctato, illorum tenores, &c. decernens, &c.

Quod Cardinales non comprehendantur sub regulis faciendis.

70. Item, cum S. R. E. Cardinales ipsi SS. D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus prerogativis, & privilegiis gaudere, idem D. N. statuit, ordinavit, decrevit, & declaravit, quod in quibuscumque Constitutionibus, & regulis per Sanctitatem Suam impostis post hanc primam editionem, & suarum Constitutionum, & regularum publicationem faciendis non includantur ipsi Cardinales, nisi illae eorundem Cardinalium favorem concernant, vel ipsae Constitutiones edenda de eorundem Cardinalium, vel majoris partis eorum, consilio, edita fuerint.

De Potestate Reverendissimi D. Vice-cancellarii, & Cancellariae Regentis.

71. Primo, quod possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in literis Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel desererent.

Item, quod possit corrigere nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratia, & concessiones fiunt, ac beneficiorum, dum tamen de corpore consistet.

Item, quod possit omnes causas beneficiales etiam non devolutas committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

Item, quod processus apostolica auctoritate decretos aggravare possit, cum invocatione brachii saecularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos, & intrudendos per Literas Apostolicas desuper coasciendas, & non alias.

Item, quod possit signare supplicationes, manibus duorum Referendariorum signatas, de beneficiis Ecclesiasticis saecularibus, & regularibus dispositioni apostolica generaliter non reservatis, quorum cujuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem in alia moneta secundum communem estimationem valorem annum non excedet.

Item quod possit signare supplicationes, etiam duorum Referendariorum manibus signatas, de novis provisionibus, si neutri, & subrogationibus pro colligantibus, in quibus non detur clausula generalem reservationem importans.

Item, quod possit, ad Ordines suscipiendos arctatis prorogare terminos de dictis suscipiendis Ordinibus, usque ad proxima tunc a jure statuta tempora, in quibus sic arctati successive ad ipsos Ordines promoveantur.

Placet, publicentur, & describantur M. Lecta, & publicata fuerunt suprascripta regulae, & ordinationes, & Const. in Cancellaria Apost. ab uno ex R. P. D. Majoris Praesidentiae Abbreviatoribus, Anno Incarnationis Dominicae 1623, die vero 21. mensis Octobris, Pontificatus praesentis SS. D. N. Anno I. Petrus Gentilis Procurator.

Indi-

X.

Indictio Orationis Quadraginta Horarum ad divinum auxilium initio Pontificatus pro saluati Catholicae Ecclesiae regimine implorandum.

URBANUS PAPA VIII.

Universis Christi fidelibus, ad quos praesentes litterae pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium, & Causae huius Consist.

Æternus rerum conditor, cujus judicia abyssus multa, eo vel maxime imperferabilis, ejus sapientiae, atque inexhaustae potentiae thesaurus recludit, & manifestat, quod maximis in rebus, non fortiorum, sed imbecillarum opera plerumque uti non dedignatur. Quod quidem in Catholica Ecclesia administratione, quam in hac temporum difficultate nullo nostrorum suffragio meritorum, sed ejus misericordia Nobis mandatam agnoscimus, tanto luculentius apparet, quanto majora eorum, quibus circumdamur, infirmitatum argumenta extare dignoscuntur. Hinc fit, ut quemadmodum misericordiam Dei humilissime susceperimus, ita etiam tripide vereamur, ne ingenti onere praegravati christiani orbis necessitatibus Apostolica providentia, ut par est, succurrere valeamus. Tante rei cogitatione permotis illud Nobis sapienter occurrit, beatum plane illum esse, quem Deus ipse erudierit, ac ne facies nostrae confundantur, ad eum, ut illumineatur, accedendum esse.

Non indicit Jubilaeum de more Praedecessorum, sed aliter disponit temporum habitis ratione.

§.1. Quoniam vero tanti Regis Majestatem tum propriis cujusque, tum etiam aliorum orationibus adiri certum est; id ut facilius assequi possemus, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum exempla Nobis ob oculos proponentes, universis Christi fidelibus Jubilaeum de more indicare statuissemus, ut saluberrimis poenitentiae operibus orationes sociatae, & rogantium merita cumulassent, & divina Nobis largitatis munera uberius impetrassent. Verum habita temporis ratione, necnon aliis aequilimis causis, ea qua decuit maturitate perpensis, aliam opportuniorem spiritualibus, quibus urgemur, necessitatibus consulendi rationem inire decrevimus.

Orationem XL. Horarum ferijs IV. & VI., ac Sabbatho in ecclesiis Urbis haberi decernit.

§.2. Piam igitur Quadraginta horarum Orationem in Ecclesia Lateranensi, ac Principis Apostolorum, & Sanctae Mariae Majoris Basilicis, necnon in una saeculari, & altera regulari Ecclesiis cujuslibet regionis Almae Urbis nostrae, per dilectum filium nostrum in eadem Urbe Vicarium in spiritualibus generalem, extra vero dictam Urbem in quibuslibet vicorum tam saecularium, quam regularium Ecclesiis ubilibet existentibus per Ordinarios locorum proxima, vel altera subsequenti hebdomada post praesentium notitiam respective designandis, & quoad Ecclesias, & Basilicas Urbis praedictae Quarta, & Sexta Ferijs, ac Sabbatho

praesentis, & sequentis hebdomadae; quo vero ad Ecclesias extra Urbem diebus ab eisdem Ordinariis pro utraque hebdomada praescribendis, inchoandam, & semel pro qualibet Ecclesia peragendam; tenore praesentium indicimus, & instituiamus; ad quas quidem Ecclesiam Lateranensem, ac Basilicas Nos ipsi private accedere, eidemque orationi interesse statuiamus.

§.3. Et propterea, ut divinam opem efficacius impleremus, & simul effusis multorum precibus, fructuosius exaudiamur; omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles ubique existentes eum in Domino hortamur, & paterna charitate monemus, ut durante oratione praedicta, pias ad Deum preces effundant, ut Ecclesiam suam Sanctam tueatur, & protegat, haereticos undique evellere, & extirpare, fidem Sanctam Catholicam augere, & propagare, pacemque, & concordiam largiri dignetur: Nobis vero vires tribuat, quibus susceptum onus ad ejus nominis gloriam, fideliumque, & animae nostrae salutem, administrare valeamus.

Eccles. illas visitantibus, quid orandum sit praescribit.

§.4. Quae, ut eo libentius praestare studeant, quo uberius spiritualibus muneribus, & gratiis a nobis se resectos esse cognoverint, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consiliis, omnibus, & singulis praedictis vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem resectis, qui quaecumque Ecclesiam, ubi oratio ejusmodi indicta, & instituta fuerit, devote visitaverint, & ibi per aliquod temporis spatium, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum, ut praestetur, preces effuderint; Monialibus vero poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem resectis, quae tempore orationis praedictae, in suorum Monasteriorum Ecclesiis similiter, ut supra, oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Confessis, ac sacra Communionem resectis, & visitantibus d. Ecclesias, & ibi (ac etiam Monialibus in Ecclesiis propriis) orationibus plenaria impertitur.

§.5. Necnon eisdem fidelibus etiam cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti regularibus utriusque sexus facultatem impertimur eligendi sibi presbyterum Confessarium tam saecularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularem, ex approbatione Ordinarii locorum, qui eos ab omnibus, & singulis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, non tamen a casibus contentis in literis, quae die Coenae Domini legi consueverunt, necnon violationis immunitatis, libertatis ecclesiasticae, ac clausurae Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria, & urgenti causa, ac sine Superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia abutentes, praedicta Monasteria ingressi fuerint, necnon violenta manus iniectionis in Clericum, ac singularis certaminis, sive duelli, ac ab aliis etiam casibus tam a Nobis, quam a praefato nostro in dicta Urbe Vicario, & locorum Ordinariis respective reservatis, nec etiam a quavis excommunicatio-

Omnibus utriusque sexus personis etiam Regularibus Confessarium sibi posse eligere concedit, qui valeat absolvere ab omnibus casibus exceptis contentis in Bulla Coenae Domini, & hic expressis, pro hac vice tantum.

die 22. mensis Februarii celebrari, eademque Beata Margarita a quibusvis Christi- delibus in Civitate praedicta, & illa Dicecesi privatim, & publice venerari, libere, & licite valeret, apostolica auctoritate indulget, prout in suis exinde confectis literis plenius continetur.

§.2. Nuperrime vero Congregatio Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium super sacris Ritibus deputatorum, considerata sanctitate praedictae Beatae Margaritae, quae a trecentis annis, & ultra continuo miraculorum splendore coruscat, necnon mirabili illius corporis integritate, quae his etiam diebus supra naturae vires odorem efflat suavissimum, ad instantiam non solum Cleri, & Populi Cortonen, sed etiam Fratrum Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum dilectorum filiorum ad omnes ejusdem Ordinis Sancti Francisci viros, & mulieres indultum praedictum extendi posse, habito super hoc felic. mem. Gregorii Papae XV. similiter Praedecessoris nostri beneplacito, ac omnibus ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus unanimiter consentientibus, decrevit.

§.3. Quae pro eorumdem Cleri, & Populi, ac Fratrum parte Nobis nuper fuit humiliter supplicatum, quatenus pro eorum desiderio, ut infra, annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur attendentes, quod sicut ipsa Beata Margarita coruscat in Caelis, ita quasi multiplici rutilantium honore gemmarum corona decora caelo universo praefulgeat: Cleri, & Populi, ac Fratrum praedictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, hanc serie absolventes, & absolutas fore censentes: necnon literarum praedictarum, & inde sequutorum quorumcumque tenores praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: De voto ejusdem Congregationis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium super Ritibus Ecclesiae deputatorum, indultum, & desuper confectas literas hujusmodi ad omnes, & singulas personas, tam viros videlicet, quam mulieres, nunc, & pro tempore existentes ejusdem Ordinis S. Francisci, earumque Ecclesias, tam intra Italiam, quam extra ubicumque consistentes: ita quod ex nunc de caetero perpetuis futuris temporibus, possint hujusmodi Festum dictae Beatae Margaritae in earum Ecclesiis hujusmodi quotannis dicta die 22. Februarii, cum Officio nec Virginis, nec Martyris celebrare, & eandem Beatam Margaritam privatim, & publice venerari, libere, & licite possint, & valeant; Apostolica auctoritate praedicta extendimus, ac extensam, & extensas ex nunc esse, & fore, dictasque personas desuper a quoquam quovis praetextu, colore, vel in-

genio molestari, perturbari, aut quoquam modo impediri nullatenus umquam posse: necnon quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate decernimus.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, regula nostra de gratis ad instar non concedendis, aliisque quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quae dictus Leo Praedecessor in dictis literis voluit non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae absolutionis, extensionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, millesimo sexcentesimo vigesimo tertio Idibus Decemb. Pontificatus nostri Anno I.

XV.

Deputatio Archiepiscopi Creten. in visitationem totius Regni Cretae.

Ven. fratri Lucae Archiepiscopo Creten.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

In specula militantis Ecclesiae meritis licet imparibus inscrutabili divinae sapientiae providentia constituti, pastoralis sollicitudinis oculos ad omnes Christianos, & eas etiam Orbis Ecclesias, quae propter Populorum distantiam opem, & operam nostras magis implorare dignoscuntur, paterne dirigimus, ac per visitationis remedia, aliisque, quibus possumus, rationibus Religionem in illis Catholicam conservare, & ubi collapsa sit, restituere indefessa mentis nostrae vigilantia procuramus, quodque per Nos ipsos praestare nequimus, id ipsum per Praelatos fide, & integritate probatos, adimplere studemus.

§.1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris Te, de cujus prudentia, & Catholicae Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, Nostrum, & Apostolicae Sedis generalem, & specialem Visitatorem, Reformatorem, & Delegatum in tota Insula Creten. apostolica auctoritate tenore praesentium facimus, constituimus, & deputamus, ac tibi per eandem praesentes mandamus, ut ad Civitates, Oppida, Districtus, Terras, & loca quaecumque ejusdem Insulae te conferas, ibique omnes, & singulas Cathedrales, Collegiatis, Parochiales, & alias quascumque cum cura, & sine cura Ecclesias, Cappellanas, aliaque Beneficia Ecclesiastica, etiam

Contraria re- movet.

Sanctio poen- alia.

Dat. die 13 Decem. 1623. An. I.

Ex Regest. in Secret. breu.

Procuramus.

Creteni Ar- chiepiscopo committitur visitatio apo- stolica totius Regni Creten- sis.

ruralia, & alia quocumque nomine nuncupata, aut qualificata, etiam de Jurepatronatus laicorum, cujuscumque status, gradus, Ordinis, conditionis, & dignitatis illi sint, necnon Hospitalia, Oratoria, Confraternitates, Societates, seu Scholas etiam laicorum, etiam disciplinantium, & alias quomodolibet nuncupatas, & alia pia loca etiam per laicos gubernari solita, etiam quomodolibet exempta, ac Nobis, & Apostolicae Sedi immediate subiecta, etiam si nullius Dioecesis, vel Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, vel aliarum militiarum existant, etiam ea, quae Districtus, & Territoria propria habent, nec non etiam ea omnia, quae ipsi locorum Ordinarii, tamquam ejusdem Sedis Apostolicae delegati de Jure, vel ex decretis Sacri Concilii Tridentini visitare possunt, eorumque Capitula, Archidiaconos, Praepositos, Archipresbyteros, & alias Dignitates, etiam majores post Pontificalem, vel principales in ipsis Collegiatis, ac personatus, & officia obtinentes, Canonicos, Parochialium Ecclesiarum Rectores, Portionarios, Presbyteros, Beneficiatos, Clericos, & personatus cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, necnon Monasteria, & alia regularia loca cujusvis Ordinis, & Instituti, seu Congregationis existentia, etiam commendata, illorumque Ecclesias, Cappellas, membra, Conventus, atque personas etiam exemptas, ac Nobis, & Apostolicae Sedi immediate, sicut praefertur, subiectas, tam extra Monasteria, & loca regularia, quam intra Ordinum, Militiarum, & Hospitalium praedictorum Domos, & septa commoran., auctoritate nostra visitare, ac in eorum statum, formam, regulas, Instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitam, mores, ritus, & disciplinam, tam conjunctim, quam divisim, ac tam in capite, quam in membris diligenter inquirere, corrigere, & reformare libere, & licite valeas, plenam, liberam, & amplam auctoritatem, & facultatem, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & impertimur.

§.2. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, ut tibi in praemissis omnibus, & singulis prompte pareant, obediant, & assistant, tuoque salubria monita, & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive poenam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum regularium locorum, etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro expressis, &

ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut, quae in hujusmodi visitatione repereris, ea, necnon statum dictae Insulae quoad Dei cultum, Religionemque Catholicam hujusmodi, ac remedia pro illa conservanda, & propaganda, ad Nos quamprimum diligenter transmittas.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 14. Decembris 1623. Pontificatus nostri Anno I. (a)

XVI.

Confirmatio Literarum Pauli Quinti super carnibus in Regno Siciliae macandis.

Paulus V. Const. LXVI. quae legitur Tom. V. Par. III. fol. 250., aliaque ibidem postea sub num. LXXXVIII. fol. 279. prohibuit, quominus Ecclesiastici ejusdem Regni animalia agrorum cultura utilia macarent.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Aliis a fel. rec. Paulo Papa V. Praedecessore nostro emanantibus literis tenoris subsequentis videlicet: Paulus Papa V. ad futuram rei memoriam, Aliis ex causis, reliqua vid. in Const. LXXXVIII. Tom. V. Par. III. fol. 279.

§.1. Cum autem, sicut dilectus filius Philibertus a Sabaudia Prioratus Castellae, & Legionis Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Prior, & modernus praedicti Regni Pro-Rex Nobis nuper exponi fecit, ipse plurimum cupiat, praesertim Literas hujusmodi pro firmiori illarum subsistentia, & validitate apostolicae nostrae confirmationis robore communi, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut desuper opportune indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur dicti Philippi Pro-Regis votis hujusmodi annuere, illumque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praesertim literas hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta, apostolica auctoritate, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illi- que

Y 2

(a) Ejusdem Exempli Literae die 12. Julii anni 1624. directae fuerunt Octavio Archiepiscopo Jadransis, ut Ecclesias, & Ecclesiasticos omnes in Dalmatia existentes auctoritate apostolica visitaret.

Hoc indult Congr. S. Rituum extendit ad omnes Fratres, & Moniales Ord. Sancti Francisci.

Fratres supplicare pro hujus decreti confirmatione.

Urban. VIII. confirmat.

Relatio Sedi Apost. facienda.

Dat. die 14 Decem. 1623 An. I.

Ex Regest. in Secret. breu.

Paulus V. cavio quominus in Regno Siciliae Boves, aliaque pecudum ad arandum aptorum generata macentur.

Pauli Literas confirmari Pro-Rex petit.

Confirmat Urbanus.

tulo, per se ipsum cognoscere, ac definire, non obstante asserta concordia, privilegiis, exemptionibus, sententiis, & prescriptionibus, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, eidemque Episcopo, quominus predicta exequi possit, minime obistere juramentum, ut proponitur praestitum de observandis juribus, consuetudinibus, privilegiis, atque libertatibus Ecclesiarum suarum.

Robertus Card. Ubaldinus.

His tamen non acquiescens Canonico-rum, & Capituli Agens, ad eandem Sacram Congregationem recursum habuit, petens ejusmodi dubium, ejusque declarationem revideri, & de novo examinari, ac proinde nonnulla jura, & documenta unanimo voto, seu allegationibus Doctorum Lovanienfium, & Duacensium Universitatum exhibuit; Quibus tamen objectionibus cum fuerit abunde satisfactum, supplicatur declarari: an standum sit in declaratione, seu decisione die 10. Februarii proxime praeteriti edita, nec ne?

Die 1. Julii 1623. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum perficit in decisio.

Nos inviolabili declarationum, seu decretorum eorundem observationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, motu proprio, non ad dicti Hermannii Episcopi, vel alterius pro eo Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, declarationes, seu decreta praefata, cum omnibus, & singulis in eis contentis apostolica auctoritate tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjuicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, & quosvis alios etiam quantumvis substantialia defectus, si qui in praemissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dicitur, vel censeri possit, supplemus.

Urbanus Papa VIII.

Predicta confirmat Decretum.

Clausulas pro eorundem Decretorum firmitate necessarias apponit.

Ac eorundem Exequutores hic designat.

§.4. Decernentes praesentes literas, omniaque, & singula in eis contenta semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos illa concernunt, inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Joanni Francisco Patracensi moderno, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicae in Belgicis ditionibus Nuncio, ac Mechliniensi Archiepiscopo, necnon Episcopo Tornacensi per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Hermannii moderni,

& pro tempore existentis Episcopi Atrebatensis fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos praemissorum omnium, & singulorum effectu pacifice frui, & gaudere, eademque praesentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari; Contradiatores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.6. Non obstantibus quatenus opus sit, felices recordationis Bonifacii Papae Octavi Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas, aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & dictae Ecclesiae Atrebatensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertia Novembris 1623. Pontificatus nostri Anno I.

Contraria tollit.

Dat. die 3. Novem. 1623. An. I.

Ex Regg. in Secret. Breve.

XII.

Ecclesiarum Argentinen., & Passavien. Administratori interdicitur, quominus Feuda ad eandem Ecclesias pertinentia Haereticis, seu de Fide Catholica male sententibus locet.

Dilecto filio Leopoldo ex Archiepiscopus Austriae Ecclesiae Argentinen. Administratori.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecto filii salutem, & apostolicam benedictionem.

Pastoralis officii nostri cura, & Ecclesiarum omnium sollicitudo a Nobis jugiter postulat, ut quae fidei catholicae non mediocri detrimento esse, quaque Ecclesiis, earumque bonis, & Juribus grave damnum afferre possunt, ea quantum Nobis ex alto conceditur, prohibeamus.

§.2. Justis itaque de causis animum nostrum moventibus, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, Tibi ne quavis Argentinen., & Passavien. Ecclesiarum, quarum Administrator apostolica auctoritate deputatus existis, Feuda

Exordium.

Præceptum de quo in Rubrica.

cujuscumque speciei, qualitatis, quantitas, & valoris etiam minimi, seu alia quaecumque ejusdem Ecclesiae bona, neque ad breve tempus, aut alias quomodolibet Haereticis, seu personis de Fide Catholica male sententibus sub quovis quæsito colore, ingenio, vel praetextu concedere, locare, ap-pignorare, aut alias quomodolibet distrahere audeas, seu praesumas sub indignationis nostrae, ac alii censuris, & poenis in Sacris Canonibus, Conciliorum Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis contentis, apostolica auctoritate, tenore praesentium, interdici-mus, & prohibemus.

§.2. Decernentes nihilominus quascumque concessiones, locationes, oppignorationes, aut distractiones, si quas per Te contra praesentium tenorem fieri contigerit, nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, & momenti esse, seu fore, nec ulli quovis modo suffragari posse; Sicque per quos-cumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Novembris 1623. Pontificatus nostri Anno I.

Locationes, si quas contra hujusmodi mandata fieri contingat, irritantur.

Dat. die 18. Novem. 1623. An. I.

Ex Regg. in Secret. Breve.

XIII.

Confirmatio Capitulorum pro Mercatoribus Nationum Florentin. Mediolanen. Venetae, & Bononien. in Civitate Placentia.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis desuper apostolicae servitutis officio Christianissimum quorundem votis communem eorum utilitatem concernentibus libenter annuimus, ea-que favoribus prosequimur opportunis.

§.1. Cum itaque sicut dilecti filii mercatores, five negociatores Nationum Florentin., Mediolanen., Venetae, ac Bononien., Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi alias, ne magno cum incommodo, atque detrimento non solum totius Italiae, verum etiam aliarum Nationum eum ipsis negociantium, Nundinae Cambiorum statutis temporibus in Civitate Placentinae Provinciae Bononien. eatenus haberi consueta, destituerentur, quaedam Capitula ad conservationem negotiationis in praedicta Civitate Placentinae, ac nonnullorum abusuum, qui in ea aliqua ex parte irreperisse videbantur, correctionem, & ipsarum Nundinarum in melius reformationem ediderint, illaque a se: re: Gregorio Papa XV. Praedecessore nostro approbati, & confirmari obtinuerint.

§.2. Pro majori autem Capitulorum hujusmodi validitate, & observantia illa, etiam apostolica nostra confirmationis robore communiri plurimum desideret.

Bull. Rom. Tom. V. Par. 7.

Exordium.

Mercatores statuta nonnulla effrenat pro reformatione Nundinarum Cambiorum in Civitate Placentinae.

Et apostolica auctoritate per tunc confirmata.

§.3. Nos mercatores, five negociatores praedictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Capitula praedicta, dummodo tamen licita sint, & honesta, Sacrifque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, & Constitutionibus Apostolicis non adversentur, apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjuicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes Capitula praedicta ab eisdem mercatoribus, seu negociatoribus, & aliis, quos illa concernunt, observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Novembris 1623. Pontificatus nostri Anno I.

Confirmat Urbanus.

Derogaturque contrariis.

Dat. die 29. Novem. 1623. An. I.

XIV.

Extensio Indulti recitandi Officium, & Missam celebrandi de Beata Margarita de Cortona, Moniali Tertii Ordinis Sancti Francisci pro omnibus, tam Viris, quam Mulieribus d. Ordinis ubique existentibus.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Celestis aquae flumen, quod ab inexhausto vitae fonte procedens, impetu perpetuo fluit, fidelium mentes septem charissimum donis felici inundatione fecundans, multo cernitur admirabilior, cum erga vascula infirmiora, & sexum consilii imbecillioris apponens cor suum, misericordiarum suarum divitias superabundanter elargitur.

§.1. Alias siquidem fel. rec. Leo Papa X. Praedecessor noster ex praclaris attestationibus a pia mem. Bonif. VIII. & Eugenio IV. Romanis Pont. etiam Praedecessoribus nostris de Beata Margarita de Cortona, Moniali Tertii Ordinis S. Francisci de Poenitentia prolatis motus, quod Festum ipsius Beatae Martyris cum Officio nec Virginis, nec Martyris in Ecclesia Sanctae Margaritae Civitatis Cortonen. singulis annis

Exordium.

Leo X. indul. sic posse celebrari Missam cum officio de hac Beata in Civitate Cortonen., & illius Dioecesi.

Y die

XI.

Ordinarius locorum huiusmodi Constit. publicatione præcipit.

catione ab homine lata in foro conscientie tantum, hac vice dumtaxat absolvere, injusta tamen eis, & eorum cuilibet poenitentia saluari, ac aliis injungendis, possint, & valeant.

§.6. Mandantes insuper Ven. Fratibus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibuscumque Ecclesiarum Prælati, & locorum Ordinariis in virtute sanctæ obedientie, ut cum harum nostrarum transumpta, seu exempla acceperint, illas statim per suas Civitates, Dioeceses, & Territoria publicent, & publicari faciant, gregemque eorum curæ divinitus commissum, ut corde contrito, & humiliato præ huiusmodi orationi, ut præfertur, intersint, sedulo moneant. Per præsentem autem super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate quomodolibet contracta, nec etiam in foro conscientie dispensare, ullamve facultatem dispensandi tribuere non intendimus: Declarantes, has ipsas præsentis quoad absolutionem in foro conscientie tantum, non autem in foro fori consequendum, ullo modo suffragari.

Contrarius detegat.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinacionibus Apostolicis, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutum regularium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, earumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac formam in illis traditam penitus pro servata habentes, hac vice specialiter, & expresse ad effectum præsentium, derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi jubet.

§.8. Volumus autem, ut præsentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Dat. die 22. Octobr. 1623. An. I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Octobris, millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Pontificatus nostri Anno I.

Confirmatio Decretorum Sacre Congregationis Concilii, quibus cassatis Capituli Atrebatensis assertis Privilegiis, competens Episcopo asseritur jurisdictio ad formam Concilii Tridentini.

Ex Regest. in Secret. Brev. (2)

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

DEbet Romanum Pontificem in Beati Petri Principis Apostolorum Sede a Domino constitutum, ut ea, quæ per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in partem apostolicæ sollicitudinis vocatos pro sedandis litibus, & controversiis inter personas ecclesiasticas vertentibus, mature, & consulte declarata, & firmata sunt, suum fortiantur effectum, opportune providere, & alias pastoralis officii sui partes desuper favorabiliter interponere, prout rerum, temporum, & personarum qualitatibus debite pensatis, conspicit salubriter in Domino expedire.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, in causa, seu controversia, aut questionis materia de, & super jurisdictione inter Venerabilem fratrem Hermannum Episcopum Atrebatensem ex una, & dilectos filios Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Atrebatensis ex altera partibus vertente, & tunc Sedis Apostolicæ in Belgicis ditionibus commorant Nuntio commissa, per illum vero ad dictam Sedem, & ab ea ad Venerabiles Fratres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Sacri Concilii Tridentini Interpretes remissa super ejusdem causæ, seu controversiæ statu, & meritis infrascriptis, ab eisdem Cardinalibus emanarint declarationes, seu decreta tenoris sequentis videlicet.

Causa inter Episcopum, & Capitulum Atrebatensem vertente.

Et ad S. Congreg. Concilii remissa.

§.2. Cum annis superioribus Hermannus Ortembergus Episcopus Atrebatensis Jurisdictionem sibi a Sacris Canonibus, & Tridentini Concilii Decretis attributam, & quam sel. rec. Paulus Papa IV. in literis erectionis Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium Belgii, instante gloriosæ memoriæ Philippo Secundo Rege Catholico anno 1559. expeditis in Civitates, & Dioeceses, Cleros, & Populos ejusdem Belgii suis ipsorum, qui, pro tempore fuerint, Episcopis competere declaravit, exercere vellet in duos Beneficiatos suæ Cathedralis Ecclesiæ, occasione incæsus, necnon sacrilegii, seu forsan alicujus incontinentiæ criminis ab eis, ut prætendebatur, patrati, Capitulum, & Canonici se opposuerunt, asserentes, se una cum Ecclesia Cathedrali, ejusque Beneficiatos Ministros, seu habitum ejusdem Ecclesiæ deserentes, esse exemptos ab omnimoda Episcopi Jurisdictione, præcipue in vim cujusdam præsentis concordie anno 1439. a Fortigano tunc Atrebatensi Episcopo inite, & paulo post a sel. rec. Eugenio Papa IV. confirmata, cum insertione totius tenoris in literis confirmationis, atque ab immemorabili tempore observata, quandoquidem assertam concordiam prætendebant non esse sublatam Decretis Concilii, tum propter duplex vinculum, tum quia Concilium non subtulit nisi exemptiones eorum, qui subsunt immediate Sedis Apostolicæ, non autem Capituli Atrebatensis, quod prætendit se immediate fuisse subiectum primam Archiepiscopo Rhenensi, ac deinde Cameracensi, qui in illius locum fuit subrogatus, & propterea dicebant præsentem Episcopum, qui juravit se observaturum jura, consuetudines, privilegia, ac libertates Ecclesiæ non esse audiendum contra proprium juramentum, sed cum debere stare sententiæ, seu decreto, quod arrestum Parlamenti Parisiensis vocant, super executionem ejusdem Concordie in partibus lato.

Cujus Cause series hic recenseatur.

Cum vero ejusmodi causa Nuntio Apostolico commissa fuisset, idem Nuntius, accedente etiam consensu inclita memoriæ Archiducis Alberti Belgarum Principis, Sanctissimum Dominum Nostrum duxit consulendum, cum ageretur de re ad interpretationem Sacri Concilii Tridentini pertinente, cujus quidem Concilii interpretatio, & declaratio a sola Sede Apostolica, seu ab Illustrissimis Cardinalibus ejusdem Concilii Interpretibus, & non aliis peti, aut obtineri potest: Et cum Sanctitas Sua hujusmodi controversiæ declarationem ad Sacram Congregationem eorumdem Cardinalium remississet, ac deinde Canonorum, & Capituli Agens sapius apud eandem Sacram Congregationem pro ejusmodi interpretatione, & declaratione obtinenda auditus fuisset, tandem re sapius, ac diligenter discussa, emanavit infrascriptum dubium pro cujus declaratione nunc agitur videlicet: Positis scripturis, ac juribus utrimque exhibitis: an asserta Concordia, seu concessio Fortigarii olim Episcopi Atrebatensis ab Eugenio IV. confirmata, fuerit a Concilio ex Decretis cap.4. sels.6. & cap.6. sels.25. sublata, nec ne?

Unicum Decretum S. Congregationis.

Die 20. Februarii 1623. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, re accurato studio discussa, declaravit, fuisse sublatam. Robertus Card. Ubaldinus. Cum die 10. Februarii proxime præteriti, audito Capituli Atrebatensis Agente, actum fuisset in Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum pro declaratione, seu asserta Concordia, seu concessione Fortigarii olim Episcopi Atrebatensis ab Eugenio IV. confirmata, qua Capitulum, & Canonici, Beneficiati, Ministri, ac alie Ecclesiæ Cathedralis persona eximebantur ab omnimoda Episcopi Jurisdictione, fuisset ejusdem Concilii Decretis cap.4. sels.6. & cap.6. sels.25. sublata, eadem Sacra Congregatio censuit fuisse sublatam; advertit enim inter cetera, ejusmodi concessionem singulis ejus partibus diligen-

ter perpenis non fuisse veram concordiam præservatam a Concilio, quemadmodum Capitulum contendebat, sed nudum privilegium ipsius Episcopi, seu pactum gratuitum, quod Concilium non præservavit, imo expresse sustulit dictis cap.4. & 6.

Et nihilominus, quatenus etiam fuisset vera concordia, advertit tamen Sacra Congregatio, illam non fuisse ab Eugenio IV. confirmatam ex certa scientia, & cum causæ cognitione vere, & non fiste, quemadmodum copulative requiritur ad hoc, ut censetur præservata a Concilio, neque in ipsa supplicatione, cujus vigore literæ confirmationis expeditæ fuerunt, insertum fuisse vere totum tenorem ipsius præsentis concordie, eamque coadjuvari haud posse sententia, seu decreto super illius executione in partibus lato, & a Capituli Agentes producto, neque ei suffragari immemorabilem observantiam, quatenus etiam de ea constaret, aut præsentiam immediatam subjectionem Archiepiscopo Cameracensi, vel alteri Archiepiscopo, aut Episcopo, cum his omnibus fuerit per Concilium amplissime derogatum.

Nunc vero dubium quoddam circa interpretationem, & observantiam ejusdem declarationis emergit, quod licet sit veluti pars, & sequela declarationis prædictæ, & satis per se clarum videatur, præsertim stantibus literis sel. rec. Pauli IV. super erectione novorum Episcopatum Belgii, instante gloriosæ memoriæ Philippo Secundo Rege Catholico, anno 1559. expeditis, in quibus Civitates, Dioeceses, Cleri, & Populi ipsius Belgii, quoad ordinariam Episcopalem jurisdictionem, & potestatem attinet, suis ipsorum, qui pro tempore fuerint, Episcopis subiecti esse decernuntur, statutis, ordinationibus, & consuetudinibus, ac privilegiis quibuscumque non obstantibus: Tamen ad contentiones evitandas supplicatur Sacre Congregationi, ut dignetur hujusmodi dubium ad interpretationem ipsius Concilii pertinens specialiter declarare, videlicet: An Episcopus Atrebatensis suam Cathedralium Ecclesiam, ejusque Capitulum, & personas visitare possit ad præscriptum dicti cap.4. sels.6., & extra visitationem Capitularium causas criminales, cum adjunctis, aliorum vero, qui nec dignitates obtinent, nec sunt de Capitulo, per se ipsum cognoscere valeat ex Decreto dicti Concilii cap.6. sels.25. asserta Concordia, exemptionibus, privilegiis, sententiis, præscriptione, vel consuetudine, etiam immemorabili contraria non obstantibus, & an in præmissis obstat Episcopo juramentum de observandis juribus, consuetudinibus, privilegiis, ac libertatibus Ecclesiæ suæ præstitum die 17. Maii 1623. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum declaravit, Episcopum Atrebatensem, posse Ecclesiam suam Cathedralium, ejusque Capitulum, ac personas visitare, & extra visitationem causas criminales Capitularium una cum adjunctis; aliorum vero, qui nec dignitates obtinent, nec sunt de Capitulo,

(2) Hanc Constitutionem refert quoque Miræus in Op. Diplom. Tom. II. pag. 1172.

Clausula.

Derogatio contrariorum

Dat. die 16. Decem. 1623. An. I.

Ex Reg. in Secret. Breve

que inviolabilis apostolica firmitatis robur adjuvamus.

§.3. Decernentes easdem presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari debere, irritum quoque, & inane, quidquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis literis concessa sunt non obstant, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 16. Dec. 1623. Pontificatus nostri Anno I.

XVII.

Friderico Cardinali Borromaeo Archiepiscopo Mediolanen. committitur PP. Jesuitis, Barnabitis, & Cappuccinis inibeat, ne Alumnos Seminariorum Mediolanen. ad habitum regularem admittant.

Dilecto Filio nostro Friderico tituli S. Mariae Angelorum Presbytero Cardinali Borromaeo nuncupata Ecclesia Mediolanen. ex concessione. & dispensatione apostolica Praesuli.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecto fili salutem. & apostolicam benedictionem.

Causa facienda prohibita.

CUM, sicut accepimus, diversorum Seminariorum Civitatis Mediolanen. Alumno literarum studii sub dilectorum filiorum Clericorum Regularium Societatis Jesu cura, & disciplina operam navent, ac ut spiritualibus etiam documentis per amplius imbuantur, cum dilectis pariter filiis Clericis Regularibus Congregationis Sancti Pauli Decollati, ac Fratibus Minoribus Ordinis Sancti Francisci Cappuccinis nuncupatis conversari soleant, facile vero fieri possit, ut iidem Alumno, sive educatione, sive conversatione hujusmodi, seu alias inducti, habitum per Clericos Regulares, sive Religiosos hujusmodi gestari solitum suscipiant, unde Seminarium praedictum cum, ad quem instituta sunt, finem minime consequantur.

Commissio de qua in Rubrica.

§.2. Nos super praemissis, quantum cum Domino possumus, oportune providere volentes, ac fel. rec. Pij Quinti, & Gregorii Decimertii Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, qui prospero istius Ecclesiae Mediolanen. regimini de simili remedio consultum esse voluerunt, vestigiis inherentes, circumspeditioni tuae per praesentes iungimus, ut tam Societatis, quam Congregationis, & Ordinis praedictorum Superioribus quocumque nomine nuncupatis, ne Alumnos Seminariorum praedictorum, quamdiu in Seminaris praedictis per-

manferint, nec etiam quadriennio a die illorum e dictis Seminaris recessus computando durante, ad habitum, & professionem regularem in Societate, sive Congregatione, aut Ordine hujusmodi sub quovis quaesito colore, ingenio, vel praetextu admittant, sive quadriennio hujusmodi durante in aliquo ex Collegiis, sive Domibus, & Locis Regularibus Societatis, seu Congregationis, vel Ordinis hujusmodi, vel ab eis dependentibus, seu penes personas confidentes retineant, seu admittere, vel retinere praesumant sub censuris, & poenis ecclesiasticis arbitrio tuo imponendis, auctoritate nostra inibeas; Contradictoresque quoslibet, & rebelles, ac tibi in praemissis non parentes, censuras, & poenas praedictas incurrisse declares. Decernentes irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Societatis, Congregationis, & Ordinis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 16. Decembris 1623. Pontificatus nostri Anno I.

XVIII.

Confirmatio Literarum Gregorii XV. super regimine Monialium Carmelitarum Disalceatarum Regni Franciae.

Gregorii Literas vide. Tom. V. Par. IV. f. 324.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

DEEET Romanum Pontificem aequi, bonique supremum assertorem ea, quae per Praedecessores suos pro felici Christianissimum sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium, & praesertim sanctimonialium regimine, atque gubernio, nec non pace, & quiete matura consideratione adhibita facta, & decreta esse noscuntur, ut ab omnibus, quos ea concernunt, sublatis quibuscumque impedimentis, inviolabiliter observentur, apostolica confirmationis robore communitate, rerum prout, personarum, ac temporum qualitatibus debite pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

§.1. Alias siquidem a rec. mem. Gregorio Papa XV. Praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequentis videlicet: Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam. Alias postquam fel. rec. Clemens Papa VIII. Praedecessor &c.

§.2. Quare in violabili praesentiarum literarum hujusmodi observationi, quantum cum Domino possumus consulere volentes, sufficienter etiam auditis earundem Monialium

Derogatio contrariorum

Dat. die 16. Decem. 1623. An. I.

Ex Reg. in Secret. Breve

Exordium

Gregorii XV. recensentur Literae.

Et confirmantur.

Clausula.

Deposita Exequutorum

Derogatio contrariorum

Dat. die 20. Decem. 1623. An. I.

Proemium.

nialium Procuratoribus, illarumque praesentis iuribus mature perpensis; Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, praesentiarum literas praedictas cum omnibus, & singulis in eis contentis, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & in violabilis apostolica firmitatis robur adjuvamus.

§.3. Decernentes easdem praesentiarum literas, omniaque, & singula in eis contenta semper, & perpetuo valida, firma, & efficaciter esse, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos illa quomodolibet concernunt, & concernent in futurum in violabiliter observari debere; Si que, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Quocirca Francisco, & Ludovico Cardinalibus praedictis per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta hujusmodi, ubi, & quando opus fuerit, faciant auctoritate nostra ab omnibus, ad quos spectat, in violabiliter observari. Contradictores quoslibet, & rebelles, & praemissis non parentes per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstantibus omnibus illis, quae dictis Gregorius Praedecessor in praesentibus literis hujusmodi voluit non obstant, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Decembris 1623. Pontificatus nostri Anno I.

XIX.

Privilegia, Indulta, Gratiae, & Exemptiones pro Dapiferis, qui Pontifice, ceterisque S. R. E. Cardinalibus in Conclavi interservierunt.

Eadem Privilegia vide. Constit. VII. Clem. X. Tom. VII. fol. 23. Constit. XII. Innocentii XI. Tom. VIII. fol. 18. & Constit. III. Clem. XII. Tom. XIII. fol. 22.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANUS Pontifex, ad quem gratiarum omnium distributio spectat, & pertinet, singulorum merita, & probitatem, aequa lance perpendens, personas illas potiori favore attollere, majorique prerogativa decorare consuevit, quas sibi, & Sedi Apostolicae obsequiosas, & in laboribus, & vigiliis pro eadem Sede sufferendis indefessas, & pluribus cognoscit meritis juvari.

§.1. Hinc est, quod Nos volentes dilectos filios, nostrum dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Dapiferos, qui Nobis, & eisdem Cardinalibus in Conclavi, in quo Nos, divina favente clementia, ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, existentibus interservierunt, quique ea de causa labores, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cuiusque meritis honorare.

§.2. Ac eisdem Conclavitas, & eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, certaque scientia nostris, ac de apostolica potestatis plenitudine, eisdem Dapiferos, & eorum singulos in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos Commensales nostros, & eos, qui ex illis Clerici existunt, seu Militia Clericali adscribi desiderant, quosque tres ex praedictis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Apostolicae Sedis Notarios, sine tamen praedictio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore praesentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui singillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aulae Lateranen. Comites, & Milites, ac tam illos, quam alios omnes, & quoscumque Dapiferos indistincte, qui Nobiles non sunt, Nobiles; quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporalibus domini dictae Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subiectis Cives esse voluerint, singulos in ipsa Civitate, quam singillatim quisque eorum elegerit, & ad quam se ab eisdem Cardinalibus admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos etiam nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, ita ut ipsam jus Civitatis ad quoscumque illorum haeredes eodem modo transeat; creamus, constituiamus, & assignamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque familiarium continuorum Commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico servientium, & illius Tinnello

Causa concessio hujusmodi privilegiorum.

Dapiferi creantur Cives, Nobiles, Comes, Latrones, Notarii Apostolici.

nello comedentium, & bibentium, nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum, Palatiique, & Aula prædictarum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis Familiaribus, continuis Comensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, Militibus, Nobilibusque, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus.

Cum omnibus Privilegiis hujusmodi Nobilibus, Notariis Apostolicis &c. competentibus.

§.3. Eisque, ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & literis tam gratiam, quam justitiam concernentibus, se Familiares, continuos Comensales nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Cives etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessionem, & literæ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ, & efficaces existant; ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, antelationum prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac iuribus, quibus alii nostri Familiares tempore datæ assumptionis nostræ ad summam apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum, & rochetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aula prædictarum Comitum, & Milites, ac Nobiles, & Originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicumque ex utroque parente vere Nobili, & Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel aliâ ex aliquo speciali privilegio, seu aliâ etiam per quascomque literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, potiri, frui, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in iudicio, & extra sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere, libere, & licite valeant, realiter, & integre, in omnibus, & per omnia etiam in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vere nobili genere ex utroque parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativa, privilegia, exemptiones, gratia, favores, concessionem, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliâ competere, earumdem tenore præsentium indulgemus.

Eximuntur a solutione decimarum.

§.4. Ac singulos Dapiferos prædictos a solutione, & exactione Decimarum Ecclesiasticarum ubique locorum, & ex quacum-

que quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, & ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiam Venetiarum, & quorumcumque aliorum Principum impositarum, & imponentiarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse decernimus.

§.5. Ipsisque Dapiferis singulis quoscumque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis recitationis Horarum Canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, & condonamus.

§.6. Ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina Officia, dummodo tamen non in contemptum Clavium celebraverint, aut alias divinis se immiscuerint, ut illa, & eisdem præmissis non obstantibus, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines alias rite promoveri, & in illis, ac in susceptis per eos alias rite ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare etiam libere, & licite valeant dispensamus.

§.7. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum natalium, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis Parentibus, & vilibus sceminis forsan procreati sint, etiam si legitimati alias existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac natalibus restituimus.

§.8. Ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, non tamen feudalibus, & emphyteuticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu aliis de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, successiones ex testamento, vel ab intestato, hæreditatis legata, liberos restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

§.9. Necnon ad dignitates, honores, & quacumque alia officia secularia, publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere, in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali characterem, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus Ordines, si nondum ad illos promoti sunt, promoveri, ac postmodum characterem, & Ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem Ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quacumque, & qualiacumque cura, & sine cura beneficia Eccle-

Eis condonantur fructus ecclesiastici male percepti.

Et à quacumque inhabilitate ad sacros ordines suscipiendos dispensantur.

Necnon super illegitimitate, alioque natalium defectu.

Ad successorem bonorum habiles, redduntur.

Et ad quævisque etiam beneficia ecclesiastica obtinenda.

Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & Officia etiam curata, & electiva, in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu Parochialibus Ecclesiis, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, non tamen in Cathedralibus; ac Dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, presententur, vel alias assumantur ad illa, & insistantur in eisdem, recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, retinere libere, & licite valeant, similiter dispensamus.

Quæcumque literæ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ.

§.10. Quodque omnes, & quacumque gratiæ, provisiones, commenda, ac præsentem, & quævis alia literæ Apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tam de capiendâ possessione nomine Cameræ Apostolicæ, quam in favorem literarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiaribus, continuis Comensalibus etiam gratis dentur, & concedantur, ac dari, & concedi debeant, præcipimus, & mandamus.

Habilitatio ad pensiones obtinendas, ac que etiam relegendas.

§.11. Ac Dapiferis prædictis, & eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & proventus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, aut quorumvis Ordinum regularium, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi beneficiorum reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias, semel, vel pluries translate, seu translate fuerint, usque ad summam centum ducatorum similibus in toto, vel in parte, ac etiam mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis, & quæcumque, quoscumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, & forma, quibus eisdem Dapiferis reservatæ, seu reservatæ fuerint, etiam absque beneficiis prædicta obtinentium consensu, integre perfolvendas, seu perfolvendas, & per eos percipiendas, exigendas, & levandas, seu percipiendos, exigendos, & levandos, reservare, constituere, concedere, & assignare valeant, atque in possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapife-

ri tempore translationis, per eos presentium vigore faciendæ existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus, & indulgemus.

§.12. Et si similem gratiam a Prædecessoribus nostris aliâ forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus. Decernentes, ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventus hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventus reservata fuerint, obtinentes, ad illas perfolvendas efficaciter obligatos fore.

Etiamsi similem gratiam alias obtinuerint.

§.13. Ac eisdem Dapiferis, quod ratione quarumcumque pensionum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducatorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatarum, seu reservatorum, ac reservandarum, & reservandorum habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis dummodo aliâ ipsi habitum decentem, & honestum deserant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum, pensiones ad prædictam summam ducatorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut præfertur, etiam si matrimonium contraxerint, cum unica tamen, & virgine, recipere, & retinere.

In habitu, & tonsura non incedant, ac sint conjugati.

§.14. Postremo, quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos, etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam canonicatum, & præbendarum, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium, etiam speciali nota, & expressione dignarum quarumcumque per eos alias obtentorum, & obtinentorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsto colore, vel ingenio, seu eorum industria, licita tamen, & licite acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubicumque existentia, spoliis minime subiaceant; sed ipsi Dapiferi, etiam si Religiosi, aut alicui Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint; de illis in favorem quarumcumque personarum, de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse deserint, & in quocumque loco quantumvis remoto, eos decedere contigerit, testari, & aliâ disponere, iisque ab intestato decedentibus, eorum hæredes quicumque succedere libere, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Eorum bona a quocumque onere, arque etiam spolio liberantur.

§.15. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S. Romanæ Ecclesiæ Camerario, Thesaurario, Præfidentibus Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ, & quibuscumque aliis Spoliarum hujusmodi Collectoribus, & Subcol-

lectoribus.